

§. 2. Quoad *Homonymiam*, vox DEI *Homonymia.*
 in qualibet lingua vel *proprie* sumitur
 pro vero et aeterno DEO, vel *impro-*
prie, notatque vel *opinionem falsam*, quo sensu ido-
 la gentilium nonnunquam *Dii* vocantur, vel *ana-*
logiam et similitudinem quandam, quo sensu reges
 et principes vocantur *Dii*, Ps. LXXXII, v. 6. quia
 DEO in maiestate et regimine assimilantur.

§. 3. *Proprie* autem DEO conue- *Duplex ra-*
 niunt nomina diuina *dupliciter.* *tio nomi-*
num diu.

I. *Logice*, propter *significationem.* Sic
 DEO competit nomen DEI, nomen אֲדֹנָי,
Dominus, אֱלֹהִים *Deus*, aliaque, quae in
proprio sensu nulli creaturae conueniunt, et
 quando creaturis applicantur, *improprie*, vt an-
 te dictum, sumuntur. Deinde

II. *Grammaticae.* Hoc sensu illud proprium est,
 quod appellatiuo contradistinguitur, et tale no-
 men DEI est אֱלֹהִים quod nequidem per ana-
 logiam quandam creaturis vllis potest tribui.
 Esse autem hoc nomen DEO grammaticae
 proprium, probatur

- 1) quia non admittit pluralem numerum,
- 2) quia non recipit ה Emphaticum,
- 3) quia non recipit suffixa,
- 4) quia non flectitur in statum constructum.

§. 4. Nomen אֱלֹהִים quanquam habeat *Nomen*
 puncta plerumque ex nomine אֲדֹנָי אֱלֹהִים
 nonnunquam vero etiam e nomine *legi potest.*